

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin Christian Schlee

**Disputatio Inauguralis, De Iustificatione Hominis Peccatoris Coram Deo**

Rostochii: Reusnerus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737659130>

Druck Freier  Zugang



E. Lubinus.  
R. U. theol. 1610.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737659130/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737659130/phys_0002)

DFG

DISPUTATIO  
INAUGURALIS,  
DE  
JUSTIFICA-  
TIONE HOMINIS PEC-  
CATORIS CORAM DEO,

*Quam*

DEO TRINUNO AUXILIANTE,

Præside

Reverendo & Clarissimo viro,


Dn. Eilhardo Lubino,

S. S. Theologiæ Doctore, Professore, Decano, &  
Collega suo reverenter honorando,

Pro Licentiâ consequendi gradum DOCTORA-  
TVS in Theologiâ,

Publicè ad diem III. Augusti ante & postmeridianis horis  
ad pīe doctam collationem proponit

M. CHRISTIANVS SLEDANVS Rostochiensis,  
S. S. Theologia Profess. Publ.



ROSTOCHII

Typis Reußnerianis, Anno M. DC. X.

45  
VIRIS  
*MAGNIFICIS, AMPLISSIONIS,  
ET CONSULTISSIMIS;*

**CONSULIBUS,  
SYNDICO,**

Ceterisq; SENATORIBUS

*Inchyæ Republica Rostochiensis:*

Dominis & Patronis meis reverenter  
honorandis ;

Pro

*Amoris indicio,*

*Honoris documento,*

*Grati animi symbolo;*

*Observantia debitæ testimonio;*

*Hanc universæ Theologiae Ακρόπολιν,*

Quæ est

DE

**JUSTIFICATIONE,**

Dico,

Offero,

Consecro,

*M. Christianus Sledanus Rostochiensis,  
S. Theologiae Professor in Academia  
Patria Publicus.*



THEISIS I.



ARTICULUS DE IUSTIFICATIONE

peccatoris coram D E O non solum fons est omnium consolationum adversus iram D E I, peccatum, & mortem, sed etiam armamentarium nostrum esse prohibetur, ex quo omnis generis tela adversus omnes hostes & totum regnum Satanæ de-  
promimus; ut B. Lutherus dicere sepius fuerit solitus, locum Iustificationis diligenter esse docendum; quippe in quo comprehendantur omnes alij fidei nostra articuli, ecq; salvo salvi sint & reliqui; Et nullam esse vim aut remedium resistendi hereticis, quam istum unicum articulum iustitiae Christiana; quo amissio, impossibile si nos posse resistere ullis erroribus aut scelis, sed simul amittit & Christum & vitam & Ecclesiam, nec amplius quidquam restare, quam merum errorem, hypocrisim, impietatem, idolatriam.

2. Quamobrem æterno Filio D E I, qui pro nobis à Patre factus fuit iustitia, immortales agimus gratias, quod lucem hujus doctrinæ, discussis errorum Papisticorum tenebris, operâ & ministerio Megalandri nostri Lutheri in nostris Ecclesiis & Scholis accendere clementer fuerit dignatus; eundemq; veneramur supplices, ut ne accensam cœlestis hujus doctrinæ de nostri Justificatione lucem extingui patiatur, sed ut illum splendorum nobis totiq; posteritati magis magisq; perpetim adversus errorum nebulas conservet.
3. Quem fidei Christianæ articulum tam augustum, tam summè necessarium methodo, quod dicitur, definitivâ simpliciter & dilucide proponere, atq; præcipuas de illo controversias ad Christianam & placidam disquisitionem, D E O nostris ceptis feliciter annuente, revocare consilium fuit Reverendis Dominis meis Collegis visum.
4. Ut autem omnis explicatio fiat expeditior, in primis est constituendum. Ex quo sonie eruenda sit Definitio Iustificationis? seu, Ex quo genere doctrina Iustitia Christiana debet cognosci & djudicari? Scilicet non eam ex dictatu R A T I O N I S & sapientia H U M A N A profitemur. Quum enim mundus per suam sapientiam Deum non cognoscere possit, ob id placuit D E O per stultitiam

A

prædi-

prædicationis justificare & salvos facere credentes, I. Cor. 2.  
vers. 21.

5. Multò minus propositi articuli intellectum petimus ex spino-  
fis & aculeatis SCHOLASTICORVM COMMENTARIIS, quos ut  
suo loco relinquimus, ita in præsenti negotio devitamus, tan-  
quam profanas vocum inanitates & oppositiones falsò dictæ  
scientie, quam quidam profitentes circa fidem aberrarunt, ut  
Apostoli verbis utar. I. Tim. 6. v. 20. 21.
6. Solum igitur & unicum DEI VERBUM nobis in Scripturâ reve-  
latum, quod est ipsa veritas, relinquitur fundamentum, cui hic  
articulus firmiter innitatur oportet, & ex quo tanquam ex fon-  
tibus Israëlis, ejus cognitio est haurienda; plane ad exemplum  
Apostoli, qui Justificationis nostræ modum ex locis ac testi-  
monijs sacrarum literarum evidenter demonstrat Rom. 4. Gal.  
3. prout etiam subinde inculcat, Justitiam fidei esse divinitus  
revelatam Rom. 1. v. 17. & manifestatam Rom. 3. v. 21,  

Contra Theobaldus Thannerus afferuit, talem esse Justitiam fidei do-  
cendam, quam homo ratione possit assequi.
7. Duo autem præcipua constituantur capita doctrinæ cœlestis  
in Scripturâ revelata, Lex & Euangelion; amplius itaq; dubi-  
tari posset, Virum ex Legi doctrinâ, an virum ex Euangeliō? an ex Legi  
simul & ex Euangeliō sumi deberet ratio Justificationis? Negamus Ju-  
stitiam hominis coram D E O pendere à LEGE DEI. Nam ut  
Lex DEI alia est Naturalis, alia Ceremonialis, alia Moralis; (de  
Forensi non est dubium, quin ejus observatione homo non justi-  
ficetur & salvetur) ita nostri Justificationem plane derogamus:  
I. LEGI NATVRÆ; quippe quæ post lapsum primorum paren-  
tum in posteris majorem in modum sicut vitia & obscurata;  
ac proinde si quis istius Legis ductum sequi veller, ne is à ve-  
ro in verâ Justitiâ, quam Judicio DEI oportet obvertere, defi-  
niendâ aberraret. Loquitur pro nobis caput 1. ad Roman.  
II. LEGI CÆREMONIALI; quippe quæ deservit exemplari &  
umbræ futurorum bonorum. Hebr. 10.  
III. LEGI MORALI; hæc n. est spiritualis, Rom. 7. v. 14. & perfe-  
ctissimam atq; omnimodā totius naturæ nostræ conformitatem  
ac integritatem exactissimè requirit. Luc. 10. v. 27. Nos au-  
tem sumus carnales. Rom. 7. Huc pertinent Aphorismi Pau-  
lini:

**T**unc: Sine Legi est justitia Dei manifestata. Rom. 3. v. 20. In  
Lege nemo justificatur. Gal. 3. v. 12. Si data esset lex, quæ posset  
justificare, verè ex LEGE esset justitia. Gal. 3. v. 21. Legi igitur  
divinæ inest adiutoria Justificandi; non absoluta & simplex, quod  
in Deum legislatorem esset blasphemum, & in Legem ipsam  
ignominiosum Rom. 7. 12. sed accidentaria, ratione carnis no-  
stræ, quæ legem DEI infirmat. Rom. 8. 3.

Errarunt igitur Pharisæi & cum ipsis moderni Pontificij urgentes luf-  
tiam operum; de quibus infra prolixius dicemus.

- N**ec Justificamur Legi partim, partim Euangelio. Nam utrumq; do-  
ctrinæ cœlestis caput in negotio Justificationis tanto interval-  
io à se invicem distidet, ut vix majore cœlum à terrâ, lucem  
à tenebris, diem à nocte, benedictionem à maledictione, vitam  
à morte distinguere possimus; imo utinam longius etiam u-  
tramq; doctrinam distinguere possemus, ut Lutherus in cap.  
2. ad Gal. loquitur. Quod dūm ex Luthero repetimus, ne  
veterioriæ quorundam cavillationi ansam præbeamus, Aliud,  
cum Hieronymo lib. 1. contr. Pelag. dicimus, esse damnare Legem,  
quod Manicheus facit; alia Legi præferre Euangeliū, quæ Apostolica  
doctrina est; in illâ enim Servus, in hoc præsens Dominus loquitur; ibi pro-  
mittitur, hic impletur; ibi initium, hic perfectio est; in illâ operum fundamen-  
ta jacintur, hic fides & gratia culmen imponitur.

Vetus error est ex corruptelis Iudaicis in Ecclesiam Christi olim  
latus, confundens Legem & Euangelion. Quem errorem hodiè  
Romancenses communiter propugnant, dum docent, hominem iuuâ  
partim imputatâ, quæ est Euangeliū, partim inhærente, quæ est Legis,  
Justificari. Vide infra.

- C**onstat igitur sibi immotum istud axioma Apostoli: **JUSTITIA  
CHRISTIANA** (solùm) in **EVANGELIO CHRISTI REVELATVR  
EX FIDE IN FIDEM** Rom. 1. v. 17. Quæ assertio magis ma-  
gisq; stabilitur insigni illâ ac frequenti ~~adibet~~ Gratia & ope-  
rum Rom. II. v. 6. itemq; Fidei & operum. Rom. 3. v. 28. Eph.  
2. v. 8. 9. Opera enim sunt solius Legis; Gratia & Fides, Euan-  
gelij; his justificari hominem, illis non item contendit Aposto-  
lus in locis modò allegatis.
- P**ostquam nobis de propriâ sede hujus doctrinæ de Justitiâ **DEFINITA**.  
Christianâ constat, ne quis statim in primo limine impingat, Tl.  
neve vocum homonymia alicui imponat, principiò sciendum <sup>I. pueris</sup>

est, tria potissimum, iu lectione Novi Testamenti, offerri voca-  
bula, Δικαιωμα, Δικαιοσυνη, Δικαιωσις: quæ tametsi promiscue in-  
terdum usurpentur & in vulgata Bibliorum versione uno &  
communi Iustificationis nomine efferantur; propriam tamen  
didicimus istam esse vocum illarum differentiam.

Δικαιωμα est opus illud Legis Rom. 2. v. 15. seu norma ac regu-  
la iustitiae divinae, quam Deus in primâ creatione homini im-  
pressit & Decalogi tabulis postmodum expressit Rom. 1. v. 32.  
& 2. v. 26. & 8. v. 4. Hinc præcepta, ritus, & ceremoniae po-  
pulo Iudaico à Deo præscripta appellantur Δικαιωματα, Iustifi-  
cationes. Luc. 1. v. 6. Hebr. 9. v. 1.

Δικαιοσυνη, cui æquitia oppositur, propriè significat obedienti-  
am, justitiam, seu qualitates & actiones, quæ Δικαιωμα respon-  
dent, seu quæ ad istam, quā diximus, Iustitiae normam ac regu-  
lam exacte congruunt.

Δικαιωσις, (cui κατανεμετα, condemnation, adversatur) absolu-  
tionem seu ipsum justificandi actum denotat Rom. 5. v. 18. Quo  
sensu hic vocem Iustificationis usurpamus & ad definiendum  
proponimus.

11. Deinde notetur, Quis, Scriptura stylo, verus sit ac genuinus hujus voca-  
bula Δικαιωσις seu Iustificationis sensus? Vernaculum sermonem  
nostrum seu phrasin Germanicam hic non moramur, quando  
Iustificari dicitur is, in quem, ceu reum, per Iudicis sententiam,  
Iustitiae exemplum statuitur, seu de quo supplicium sumitur;  
Gerechtsferriger werden. Quæ significatio est etiam Græcis non  
ignota, cum in Δικαιοδοξη dicitur, cui id, quod quis est meritus si-  
ve pœnam sive præmium, tribuitur; ut est apud Philosophum  
lib. 5. Eth. Ubi probè observetur, quam non isthac etiam signifi-  
catio sit aliena à forensi significatione; quamvis ab isto sensu,  
quem modò ex Scripturâ investigabimus, non nihil discrepet.
12. Neq; verò in indagandâ genuinâ significatione vocabuli *Iusti-  
ficare* Grammaticam compositionem sequimur, ut, quemadmo-  
dum in calefacere ratione compositionis significat, frigoris  
qualitate expulsâ, aliam, caloris videlicet, inducere: ita *Iusti-  
ficare* idem sit, quod ex injusto justum facere per infusum justi-  
tiae subiectivè inherentis habitum; Sed hic opus est Gramati-  
ca Spiritus Sancti, hoc est, Biblijs, ex quibus de usu & signifi-  
catione

catione hujus vociis in præsenti articulo est judicandum.  
Qui igitur Scripturæ testimonia diligenter & accurate perquirunt atq; expendunt, testimonium de eo perhibent, nullum locum in universâ Scripturâ sacrâ offerri, in quo hoc vocabulum sensu Grammatico usurpetur, sed quodd forensem significationem ubiq; locorum sortiatur; ut *Justificare* juxta Scripturæ phrasin generatim loquendo nihil significet aliud, quam ab omni reatu injustitiae absolvere & justum censere, judicare, pronunciare, declarare. Quemadmodum enim in fato humano ac civili Judex tûm perhibetur justificare, quando reum de crimen accusatum absolvit, & ab accusatione atque condemnatione liberum & immunem judiciali sententiâ solemniter pronunciat & declarat; sic, translato hoc vocabulo ad divinum & spirituale judicium, DEUS tanquam judex justissimus justificat, h. e. peccatorem à reatu peccati & damnationis pœnâ absolvit ac justum pronunciat ac declarat per absolutionis sententiam; *Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua.*

- B. Quam significationem judiciariam & forensem comprobant
- I. *Scriptura oracula* perspicua. Psal. 143. v. 2. *Non intres in iudicium cum servo tuo; quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Rom. 3. v. 20. *Ex operibus legi non justificabitur omnis caro coram Deo.* Gal. 3. v. 11. *In Lege nemo justificatur apud Deum.* In quibus testimonijs notentur particulæ, *In conspectu Dei, Coram Deo, Apud Deum:* quæ ut notitiam & cognitionem significant; ita non qualitatum alterationem, nec realem virtutum infusionem, sed rationalem, imputativam, judiciariam, seu cognitionis, ut ita loquar, justificationem arguunt.
  - II. *Antitheses vocabulorum*, quæ Iustificationi è diametro oponuntur; cujusmodi sunt *Condemnatio*, Matth. 12. v. 37. Rom. 5. v. 16. & 8. v. 33. 34. 2. Cor. 3. v. 9. *Maledictio*, Gal. 3. v. 10. *Ligatio*, Matt. 16. 19. & 18. 18. Quæ voces non tantum non à forensi significatione & usu dissident, sed ex opposito indicant, quid significet Iustificari, videlicet *Absolvi* & liberum pronunciari à condemnatione, maledictione, &c. ubi Grammaticam significationem planè exspirare, quis non intelligit?
  - III. *Forma processus* in Iustificationis actu, qui prorsus, tanquam *judicialis* & *forensis* in Scripturâ depingitur, dum quasi in spe-

culo quodam nobis monstratur Iudicium, Psal. 143. 2. Iudex,  
Ioh. 5. 27. Tribunal, Rom. 14. 10. Accusator, Rom. 3. v. 20. Reus,  
Rom. 3. 19. Testis, Rom. 2. v. 15. Advocatus, 1. Ioh. 2. Mediator,  
1. Tim. 2. 5. Auctor, Rom. 3. 24. Chirographum, Col. 2. 14.

IV. T. simonia Patrum, qui etiam si hujus vocabuli sensum Grammaticum aliquoties in suis commentariis inculcent: nostram tamen, quam ex Scripturâ dedimus, significationem in tantum non improbant, ut portius, convicti oraculis Scripturæ, nobiscum & sentiant & loquantur. Oecumenius in cap. 9. ad Rom. Justitia Dei, inquit, est justificatio ex Deo, absolution & liberatio à peccatis, à quibus lex ipsa absolvere non potuit. Augustinus in Ps. 31. Si justificatur impius, ex impiò fit justus. Sed quomodo? Nihil boni fecisti, & datur tibi Remissio peccatorum, &c. Et à Gregorio dictum perhibetur: Homini justum videretur, ut suam ulciscatur injuriam. Dei verò justitia est, conscienti relaxare offensam.

El. Turanu  
m.  
V. Fidei analogia & collatio Scripturarum, quam qui scrutatur, is facile animadvertisit, quod vocabulum Iustificandi in sacris literis non tantum per alias phrases æquipollentes exprimatur, sed etiam non aliam, quam forensem, significationem admittat. Sic quam Apostolus appellat διακύων Iustificationem Rom. 5. v. 10. II. eandem idem ibidem v. 10. vocat καταδειγμὸν, Reconciliationem. Similiter Iustificare & Peccatori esse proprium, univocè accipiuntur Luc. 18. v. 13. 14. Confer item concessionem Pauli Act. 13. v. 38. 39. in quâ Iustificatio & Remissio peccatorum promiscue usurpantur. Sunt & alia vocabula synonyma, quibus vox Iustificare eodem, quem diximus, sensu explicatur; cuiusmodi sunt, Benedicere Gal. 3. v. 8. 9. Act. 3. 25. Salvare Act. 4. 12. Tit. 3. v. 5. Delere peccata Act. 3. 19. Donare Iustitiam Rom. 5. 27. Condonare delicta Col. 2. v. 13. Mundare à peccatis Ioh. 15. 3. Purificare Act. 15. 9. Solvere peccata Matt. 16. 19. & 18. 18. Tegere, non imputare peccata Rom. 4. 7. 2. Cor. 5. 19. Constituere justum Rom. 5. 19. Impunire justitiam Rom. 4. 3. Non judicari, Non venire in judicium Ioh. 3. v. 16. 17. 18. Quæ phrases omnem significationem Grammaticam explodunt, & forensem nostram magis magisque comprobant.

Scholastici & Pontificii de vero sensu vocabuli hujus Iudicium fieri segunt ex Grammaticâ, cum ex etymologîa & proprietate latini sermonis Iustifica-

*Iustificari potatur duci is, qui iustitia habitu inebuitur, contrario iustitiae habitu expulso; & vel ex impiis, infusa iustitiae qualitate, sit iustus per acquisitionem iustitiae; vel ex justo sit magis iustus per iustitiae incrementa.* Concil. Trident. Can. 6. Sess. 11. Anrad. lib. 6. Bellarm. lib. 1, de Iustit. cap. 1 & lib. 2, cap. 3. Censura Coloniensis, pag. 157. Thom. p. 2, q. 113. art. 5.

14. Circa *ovvovpular* vocabuli *Justificationis* maxima fuit concertatio, *Virum Iustificatio & Conversio hominis peccatoris equipolleant?* Non isthac inter se simpliciter convertuntur, sed latius patet *Conversio, quam Iustificatio.* Illa enim non solum Fide in Christum & Dei misericordiam, sed & *Contritione*, & quæ Fidem sequitur, Renovatione constat; Hæc vero solam Fidem, quæ & Christi meritum & Dei gratiæ in Euangelio apprehendit, requirit. *Contritio autem, h. e. peccatorum agnitus & dolor præcedunt fidem.* Quisquis n. sibi peccata per Christum gratis esse reiussa certò credit, is peccata agnoscit & deplorat; non contraria. *Renovatio certissimè consequitur fidem justificantem, ut qui non renovatione mentis est transformatus, cum verè dicere possimus, vel nondum esse justificatum, vel fidei iustitiam amisisse.* x. Ioh. 3. Non omnia igitur ad *Iustificationis definitionem* pertinent, quæ ad *Conversionem* necessariò requiruntur; & consequenter *Iustificatio & Conversio* non retrò cōmeant, nec sunt synonyma. *Etsi, ut Formula Concord. in declarat.* pag. 687. loquitur, *diligentissimè hoc observandum, si modò articulum de Iustificatione sincerum retinere velimus, ne ea, quæ fidem præcedunt, & quæ eam sequuntur, articulo huic, tanquam ad Iustificationem necessarium ad eam pertinente, admiscerentur aut inferantur.* Non enim unum idemque est, de *Conversione* hominis & de *Iustificatione* ejus agere. *Neg. omnia, quæ ad veram Conversionem requiruntur, etiam ad Iustificationem pertinent, ut vera Contritio, quæ Fidem præcedit: & Charitas, quæ tanquam fructus Fidem certissimè sequitur.*
15. Similiter ut ne aliorum quoq; terminorum confusio & rerum obscuritas in hoc articulo committatur, non præter rem fuerit scire, *Quo modo à Iustificatione Regeneratio, Sanctificatio, Vivificatio, Renovatio discernantur?* Scriptura istis vocabulis admodum emphaticis generatim utitur ad demonstrandam deploratissimam *Corruptionem naturæ nostræ, quam illa in peccatis sit nata, educata,*

educata, formata, imd & mortua, ut omnino eam, si DEO accepta, ejusq; imaginis volet esse conformis, oporteat, abjecta priori & impuriore natura ac indole sive congenita sive acquisita, renasci, sanctificari, renovari, &c. Quā in re declarandā Scriptura utitur verbalibus istis & præmemoratis nominibus; inter quā ut discrimen recte statuatur, sciendū est, duo insignia esse distincta Dei misericordis beneficia spiritualia; Unum est iustificatio, quod ex filiis iræ nascimur filii Dei; alterum, quod novi motus in animis filiorum Dei excitantur. Prius beneficium duntaxat complectitur Iustificatio; unde quā sunt causæ Iustificationis, eadem sunt & iusteōis: Gratia Dei Eph. 1. f. Meritum Christi Eph. 1. v. 7. & Fides, Ioh. 1. v. 12. Posteriorius solummodo notat Renovatio, quā est ceu fructus & effectus Iustificationis, quā cor novum, vetere lapideo exciso, in nobis reformatum, & vetere Adamo mortificato novus homo in nobis restauratur, ad obedientiam & opera bona idoneus. Eph. 2. 10. Tit. 3. f. 2 Cor. 4. 16. Eph. 4. 22. Col. 3. 9. Utrumq; verò beneficium simul exprimitur reliquis vocabulis Regenerationis, Sanctificationis, & Vivificationis, tanquam generalioribus; quippe quā interdum cum Iustificatione seu Remissione peccatorum, interdum cum Renovatione pro ratione subjectæ materiæ in Scripturâ sacrâ accipiuntur. Sic Regeneratio Ioh. 3. 5. Tit. 3. f. 1. Pet. 1. 3. 1. Ioh. 3. 9. Sanctificatio Act. 26. 18. 1. Cor. f. 29. Eph. 5. 26. Hebr. 10. 10. & Vivificatio Habac. 2. 4. Rom. 1. 17 Eph. 2 f. intelliguntur de Iustificatione; Similiter pro Instaurazione ac Renovatione hominis accipitur Regeneratio Matth. 19. 28. Sanctificatio Rom. 1. 4. & 6. 19. 2. Cor. 7. 1. 1. Th. 4. 7. 1. Pet. 1. 3. & Vivificatio Rom. 8. v. 11.

Horum de quibus in duabus precedentibus questionibus sicut dictum, vocabulorum accurata distinctiones tempore Interimisticò à nonnullis Theologis insidiosè fuerunt neglectæ vel saltem obscurata, ut incavatores sub homonymiis in errorem sententiam sensim pertraherent, quasi homo partim fide, partim operibus coram Deo justificaretur.

16. In transitu observetur, curiosè magis quam utiliter de Etymologia hujus vocis disputari: Philosophus grecanicas votem, Διανοια deducit ἀπὸ διχής, quod Iustitia rem in duas æquales ac proportionatas partes dividat, neutri parti plus minusve iusto conce-

*coincidentes.* Latini in derivatione Iustitiae variant; Alij à monosyllabicā voce, *Ius*, quod est à jubendo, Quod enim leges præscribunt ac jubent, id esse dicitur *jus*; cui qui obsequium præstat, *Iustus* pronunciatur. Alii à particulā *Juxta*, quod iustitia juxta regulam incedat. Sed sunt illa leviuscula; quæ, ratione methodi, simpliciter annotasse sufficiat; præsertim cùm constet, non omnium vocum etymologiam esse quærendam.

Hactenus de Definito; sequitur Definitionis Iustificationis.

17. Cæterū cùm omnis Definitionis notiones & cōceptus sint duo, **DEFINITIONIS Genus.**  
*Genus & Differentia;* ex quib. illud cognoscitur, illato definito in seriem ac ordinem suum prædicamentalem; hæc verò quatuor causarum per se consideratione perfectissimè intelligatur, ut ex Logicis didicimus: idcirco deinceps Iustificationis & **Genus & Causas** investigabimus.
18. *Quod ad GENVS*, non ad Qualitatis Categoriam, multò minus ad Substantiæ prædicamentum Iustificatio nostra est referenda; sed communis & recepta est Theologorum sententia, eam consistere pro respectu diverso vel in Relatione, vel in Actione.
19. Si in Relatione, rectè definitur **IMPUTATIO** seu Acceptatio, quâ homo peccator per fidem in Christum Deo reconciliatur. Quo modo Lutherus Tom. 4. pag. 385. Christianus, ait, non est formaliter *justus*: non est *justus* secundum substantiam aut qualitatem (dœcendi causâ his vocabulis utor) sed est *justus* secundum prædicamentum ad aliquid, nempe respectu divina gratia tantum & remissionis peccatorum gratiæ, quæ contingit credentibus, &c.
20. De Imputationis notione sub Caus. Formal, prolixius dicetur; id solum hoc loco breviter notetur, quod Imputatio ex naturâ **de** reis n̄ requirat I. Personā quæ imputat. II. Personam, cui fit imputatio. III. Fundamentum seu res, quæ imputatur. IV. Terminus, quod ea tendit. De duabus istis Personis & Termino Imputationis in negotio Iustificationis facile conveniremus (Deus, justus judex, est persona imputans: Homo peccator & impius, est cui Deus imputat: Iustitia coram Deo subsistens, est Terminus) sed de Fundamento imputationis, hoc est, de re imputata ad iustitiam inter Ecclesiam Christi & omnium temporum hypocritas iustitarios disceptatum est, & adhuc in

eo eardo disputationis vertitur, Quæ & Qualis ea'res sit, quam  
Deus peccatori imputat? Apostolus alium atq; alium impu-  
tationis modum statuit pro diversitate ejus, & qui operatur, &  
qui credit. In operante, certum opus agentis proprium &  
inherens, cui merces debetur, constituit loco fundamenti. In  
credente non datur tale fundamentum Imputationis, sed huic  
imputatur non quod suum est & proprium, sed quod est ab a-  
lio acquisitum, fide tamen apprehensum sit proprium. Per-  
spicua enim sunt verba Apostoli: *Ei, qui operatur, merces non im-  
putatur secundum gratiam, sed secundum debitum.* *Ei vero, qui non ope-  
ratur, credenti autem in eum, qui justificat impium, reputatur fides ejus ad  
justitiam.* Rom 4. v. 4. s. Vide, quæ ad ~~ex~~ Causæ Formal.  
dicuntur.

21. Qui per ACTIÖNEM definiunt Iustificationem, minimè &  
vero absunt. Verba enim, quæ hujus loci sunt propria, ut plu-  
rimū activē sonant & exprimuntur; id quod ex vocabulis  
synonymis evidenter patet, ut prolixiore demonstratione in re  
manifestā haud opus esse videatur.

Cause 22.  
EFFICI-  
ENS.

Efficiens **principali**s & autor nostræ Iustificationis est unus & solus  
**DEUS**, qui ut creando, Dominum: ita justificando, Patrem  
nobis se exhibuit. *Esa. 43. 25.* *Rom. 4. 5. & 8. 33.* *Marc. 2. 7.*  
Sed cùm opus Iustificationis sit opus ad extra & per hoc, indi-  
visum, credimus esse **A&ctionem DEI PATRIS, FILII, & SPIRITVS  
SANCTI.** Nec enim (ut *Cyrillus Tom. 2. lib. 5. de Trinit. pag.  
341. ait*) *seorsim quidem Deus & Pater, seorsim autem & propriè Filius:*  
*sed qua esse intelligitur Iustificatio à Patre, ea omnino est Filiij, & quam Fi-  
lius largitur, ea est & Patris.*

23. Impulsiva Externa, Πηγας τοπτην, est, summa omnium HOMINVM  
MISERIA & xterna DAMNATIO, cui omnes propter peccatum  
sumus mancipati. Deus autem solus bonus & misericors  
*Ex. 34. 7.* secundum multam suam misericordiam *Eph. 2. no-  
stri est misertus Psal. 103. 8* nec nostram perditionem vult. *Ez.  
18. 23. & 33. II.* Confer *Matt. 18. 11* *Ioh. 3. 16.* *Rom. 8. 3.*

24. Impulsiva Intrinseca, Πηγη ψυχην, est, sola solius DEI GRATIA.  
*Rom. 4. 24.* *Eph. 2. 8.* *Tit. 3. 7.*
25. Cæterum cùm πάροντος sit vocabulum Gratia, quod in sacris li-  
teris significat vel gratuitum Dei favorem ac dilectionem, quā  
nos

**N**os gratia, sive illo nostro merito interveniente, remissis peccatis, acceptat; vel donū per gratiam adeoq; gratuitum, sive habitum gratiā infusum. Rom. 12. 6. 1. Cor. 12. 2. hinc dubia sunt & controversa quæstio exorta: Quo sensu vocabulum *Gratia* in doctrinā *Iustificationis* intelligatur? Nos Gratiam DEI in categoria *gratias* nō reponimus, atq; gratuitum Dei favorem & amorem, quo ipse nos complectitur, interpretamur.

**16.** Fundamenta nostræ interpretationis suppeditant I. expressa Scriptura Testimonia, quorum omniū instar esto unicum istud Apostoli classicum. Eph. 2. Deus, qui dives est in misericordia propter multam charitatem suam, quā dilexu nos, &c. ubi quid *Gratia* appellatione in articulo *Iustificationis* veniat, exponitur, nempe eminens opulentia gratiæ divinæ; copiosa Dei charitas, quā ipse dilexit nos: benignitas Dei erga nos per Christum, &c.

II. *Opulentia*, cuiusmodi sunt *Xenētēs καὶ Φιλαρθωταὶ DEI*. Tit. 3. 4 Dilectio Dei Ioh. 3. 16. Dei Misericordia, Psal. 51. 1. Matt. 15. 22. Tit. 3. 5. quibus singulis appellationibus significatur actio Dei propria, non aliquid in homine inhærens.

III. *Opositiones*. Iohannes Baptista Gratiam, quæ per Christum nobis est exorta, & Iræ Dei, quam Lex denunciat, opponit (æquè ut Paulus Rō. 4. v. 15. 16.) & modis omnibus esse gratuitam contendit Ioh. 1 v. 16. 17. Sic Apostolus Gratiam & Opera *πρᾶγματων* distinguit Rom. 11. 6. Si ex gratia, non ex operibus. Si ex operibus, jam non ex gratia: alioquin opus jam non est opus. Sed Gratia, quā donum per gratiam significat, est sub genere operum. Ergo opera, qualiacunq; tandem illa sint, sub complexum Gratia venire nullo modo possunt.

IV. *Patres*; inter quos rectissimè ad Ambrosij autoritatem provoco, qui salutationem Apostolicam, Rom. 1. v. 7 interpretatur, *Gratia*; inquit, *quia à peccatis absolti sumus: Pax, quia ex impijs reconciliati sumus.*

Romanenses intelligunt Gratiam de inhærente nobis qualitate & de vita novitate nobis per Spiritum Sanctum infusā. Trid. Conc. Sess. 6. Can.

11. Bonavent. dist. 19. q. 1. lib. 3. Sentent. Bell. lib. 1. de Grat. cap. 2.

**27.** Præcedentem excipit altera Controversia, An nostri *Iustificationis* sit simpliciter *absoluta gratia?* seu Num Gratia, hoc est, nullo sortita.

facionis, qua vel in VIRIBVS, vel in MERITIS, vel in OPERIBVS confitit, prelio per nosmetipos soluto justificemur? Venustè & distinctè Bernhardus in Psal. 91. Scim. 14. respondet: *Salvus factus es gratis, quod ad te pertinet & pro nihilo; sed quod ad Christum, planè non gratis, non de nihilo.* Quod ad Christum, is ipse est causa Iustificationis nostræ Meritoria & satisfactoria, ut infrà demonstrabitur. Quod ad nos Christianos, est simpliciter gratuita. Non n. Gratia, gratia erit ullo modo, nisi gratuita fuerit omni modo, ut Augustinus alicubi loquitur. Nihil enim quidquam est in nostris si- ve Viribus, siue Meritis, siue Operibus, quod severissimo justissimi Dei judicio opponere queamus.

Non in VIRIBUS inquam; quippe quibus, in rebus spiritua- libus, omnis dñs auctor detrahitur Ioh. 15. 5. Rom. 8. 7. & ad dñs auctor attribuitur. Eph. 2. 1. 5. Col. 2. 13.

Non in MERITIS; quippe quæ omnibus modis imperfecta Ps. 130. 3. Rom. 3. 18. imò nulla Luc. 17. 10. & omni gloriatione vacua. Rom. 3. 27. Eph. 2. 9.

Non in OPERIBUS; quippe quæ si justificationem præcedunt, peccata appellantur, Rom. 4. 5. & 14. 23. Hebr. 11. 6. Si concomitantur, omnino ab actu Iustificationis removentur. Ro. 3. 28. 1. Cor. 4. 4. Gal. 2. 16. Eph. 2. 8. Si consequuntur, effetti, non amplius causæ rationem obtinent. Opera igitur no- stra quo cunq; etiam modo considerentur in Iustificationis ne- gotio, nunquam vel Causæ simpliciter, vel Causæ sine quâ ra- tionem obtinere possunt.

28. Sed quod JUSTITIAM OPERVM amplius oppugnemus, distinctè & perspicuè demonstrandum erit.

I. Homines nondum conversos & extra gratiam Dei constitutos non ex o- peribus, sed sine eorum adminiculo ab injustitia reatu liberari seu justificari. Nam in inconversorum operibus multiplex de- fectus deprehenditur; fiunt enim illa absq; fide, quâ solâ ope- ra bona perficiuntur, ut Deo probentur; siquidem peccatum est, quicquid ex fide non est; Et ipsa persona, quia præsuppo- nitur quasi nondum sit in gratiâ, Deo placere nō potest; multò minùs opera ejus grata Deo erunt; cùm Deus primò perso- nam, deinde opus respiciat, ut habet Theologorum regula. II. Universale axioma Apostoli Rom. 11. (Si ex gratia, jam non ex operibus)

*operibus*) non admittit restrictionem respectu personarum, sive illæ sint in gratia, sive extra gratiam constitutæ. Ergo in conversi justificantur *ex gratiâ*. III. Apostolus universa- liter de toto mundo, qui reus est Deo, sine discriminie renato- rum vel non-renatorum pronunciat, quod ex operibus non ju- stificetur ulla caro. Rom. 3. v. 19. 20. IV. Idem evincitur Ex- emplis & *Protoplastorum*, qui post culpam sceleris admissi, solâ Dei misericordiâ, citra omnem operum bonorum, quibus jam à lapsu destituebantur, considerationem in gratiam fuere re- cepti, peccatorumque veriam consecuti Gen. 3. & *Larxon* in cruce, quem Christus absq; ullo operum intuitu à peccato- rum reatu gratiôsè absolvit. Luc. 23. & *Pauli* persecutoris bla- sphemi, qui de se ipso ingenuè testatur, se nō ex operibus suis, sed ex solâ DEI misericordiâ per fidem in Christum fuisse ju- stificatum. I. Tim. 1. v. 13. 14. 15.

29. II. Renatorum, &c, qui jam sunt in gratiam DEI recepti, eorum inquam *operibus* non posse facultatem justificandi tribui. I. quia hoc pacto renatis subministraretur aliqua materia gloriandi. At omnis gloriatio in Iustificatione est exclusa. Rom. 3. v. 23. 27. & 4. 2. Eph. 2. 9. 1. Cor. 4. 5. II. quia Renatorum opera sunt adhuc imperfecta Esa. 64. 6. Rom. 7. Philip. 3. 8. III. quia A- postolus disertis verbis salutem & justitiam derogat operibus, in quibus renati dignè ambulant. Eph. 2. v. 9. 10. IV. quia justificatum oportet fidere promissioni Euangeli ac certò sta- tuere de gratiâ Dei. Rom. 4. 16. At qui nititur fiduciâ sua dignitatis & operum, is non potest solidè in promissionibus Dei acquiescere; id quod quisq; fidelium in se depræhendit, que- ritans cum Apostolo, sibi volenti facere bonum, adhærere id, quod malum est. Rom. 7. V. Remissio peccatorum è diamet- tro repugnat mercedi aut merito operum. Remissio peccato- rum, quam etiam Sancti quotidiè impetrant, Ps. 32. nihil est aliud quam Iustificatio Rom. 3. 25. & 4. 6.

Pontificiorum communis est error de Iustitiâ operum: pro quâ tanquam pro aris & focis acerrimè dicimant afferentes, vitam æternam esse vene- lem nostris bonis operibus propositam, (Colonicus. cens. p. 191.) nos ijsdem auctiorem cœli gloriam & æternam vitam promereri, (ib. p. 210.) Iustitiam Christianam in bonis operibus tantum esse collocatam, (Ca- techis.

techis minor Iesuiticus Petri Canisii pag. 27. & Catech. major p. 28.  
292. 331, Confes. Concil. Trident. Sess. 6. cap. 9. & 16.

Qui vero ex hodiernis Pontificiis elegantius & doctius sapere volunt, ha-  
ciamsi Deum in primo illo Iustificationis initio absq; operibus dare  
remissionem peccatorum & vitam æternam concedunt, adeoq; vim ju-  
stificandi ante insusam gratiam operibus non renatorum adi-  
munt: attamen post regenerationem hominis docent Deum respicere  
ad dignitatem operum, & propter illa conferri operantibus remissionem  
culpæ, salutem, & vitam. Hinc ita est apud istius farinæ homines di-  
stinctio Iustificationis in Primam & Secundam. Vide Colon. Censur.  
pag. 148.

30. In censum causarum Efficientium refertur Instrumentalis. *ἐγράψαντες* Justificationis, Sola FIDE, firmâ fiduciâ totum  
Christi meritum apprehendens sibiq; applicans; id quod in  
insequentium Controversiarum explicatione Orthodoxa pro-  
lixius demonstrabitur.
31. Variæ autem de FIDE Iustificante agitantur in Scholis Theo-  
logorum controversiæ;
- I. *Ad Organo Fidei Iustificemur?* seu *An Fides necessaria requiratur ad*  
*actum Iustificationis?* Affirmativam probamus I. ex evidenterissimis  
Scriptura testimonijs. Act. 13. 39 Ioh. 1. 12. & 3. 18. Rom. 1. 17 & 3.  
v. 22. 26. & 4. v. 16. 23. & 5. 24. Gal. 2. v. 16. 26. & 3. v. 8. 14. 26.  
Phil. 3. 9.
- II. *ex firmissimis argumentis;* utpote I. Si aliter quam fide justifi-  
camur, tunc Fides, & quæ Fidei est correlatum, Promissio erit  
facta irrita. Rom. 4. 14 Gal. 3. 18. II. Pater omnium creden-  
tium, Abrahamus, est fide Iustificatus Rom. 4. Gal. 3. Ergo qui  
sunt ex fide Abrahami, non nisi fide justificabuntur. III. Fides  
& opera sibi in præsenti negotio opponuntur Rom. 11. 5. At  
justificamur sine operibus. Ergo non sine fide.
- III. *ex Patrum suffragijs.* Chrysostomus ad Heb. τὸ πᾶν πίστις ἐστι; in  
2. ad Tim. τὸ πᾶν τῆς μίσεως ἐστι. *Omnia sunt Fidei.* Damascenus:  
περισταρχὴ μίσης ἐστιν, τὰ τῶν Χριστιανῶν μίσης Christianus Fidei censetur;  
*Omnia Christianorum consistunt in Fide.* Clemens Alexand. in pro-  
treptico: Πίστις ἐγόνοις καὶ δεοπτεῖ. Fides sanctificat & deificat.
- Huberus omnes, quibus Euangellum promulgatur, appellari dixit Iustifi-  
catoꝝ & dilectos Dei; & quosdam horum esse credentes & conversos.  
Sciaret Iustificationem docuit, quæ esset absq; Fide.
32. II. *Num Fides justificans sit saltem nulla animi nullum, quā Christum se-  
cundum*

andum historiam Biblicam novissimam & an vero eam nec fari d convenienter de-  
finire per Fiduciam in Christi merito acquiescentem? Distinctos esse  
Fidei gradus, Salvator nos docuit Ioh. 14 ubi jubet & Credere  
Deum v. 10. & Crede re Deo, v. 11. & Credere in Deum. v. 1. Prior  
phrasis arguit Noticiam, altera Assensum, posterior Fiduciam.  
**Noticiam** & **Assensum** esse definiendam Fidem constat, I. quia Fi-  
des est noticia mysteriorum Dei. Eph. 4. 3. Rom. 16. 26. II. quia  
Fides opponitur ignorantia. Act. 17. v. 23. 39. Matth. 4. 16.  
III. quia per Fidem intelligimus Dei sapientiam. Heb. 11.  
Sed & **Fiduciam** in Christo, certò & tutò acquiescentem esse de-  
monstramus. I. Autoritate Scripturæ, in qua Fides passim no-  
minatur ἡλπὶς θεοῦ Rom. 4. 21. Heb. 10. 22. πεπίθησις Rom. 8.  
38. παρέποντος Heb. 4. 16. Ioh. 5. 14. τοῖς μωροῖς Heb. 11. 1. II. à con-  
trario, quod est Diffidere Rom. 4. 20. Dubitare Matt. 14. 31.  
& Desperare seu animum despondere 2. Par. 20. v. 15. 20. III.  
ab effectu fidei Iustificantis; ut pote quod fides sola Christum  
comprehendat, recipiat, accipiat; quemadmodum Euangeli-  
graphus Iohannes cap. 1. hanc naturam Fidei verbis (τὰ διαβού,  
καὶ λαβόν, ταχέλαβον) eleganter describit & explicat.

Romanenses docent Fidem tantummodo esse Noticiam & Assensum do-  
ctrinæ Christianæ; & secus docentes anathematæ ferunt. Concil. Trid.  
Sess. 6. Can. 12. Bellarm. lib. 1. de Iustific. c. 6.

33. III. **Quod nam Fidei Iustificantis sit objectum proprium & adaequatum?**  
Et Generale & Proprium est Fidei Iustificantis objectum.  
Generale est omne Dei verbum, Lex & Euangelion, quod Fides  
Christianæ credit esse indubitato verum; seu sunt res omnes ac  
singulæ in Lege & Euangeliō propositæ ac promissæ; nec ta-  
men sensibus adhuc apparentes, sed humani intellectus judi-  
cio incomprehensibiles, Heb. 11 v. 1. (Nam **Fidere & Fidere** Ioh.  
20. 29 itēq; per Speciem ambulate & per Fidem ambulare. Cor.  
5. 7 sibi invicem opponuntur) Quo modo varia Fidei objecta  
particularia habentur in cap. 11. ad Heb. Verum ratione hujus  
tam generalis objecti Fides non justificat; quod vel unicum  
istud Apostoli Gal. 3. v. 12. evidenter arguit, quum inquit:  
Lex non est ex fide. Quā sententiā omnia opera, præcepta. &  
Promissa Legalia à Fide justificante in negotio Iustificationis  
removentur. **Proprium** igitur, **speciale**, & **adequatum** **Iidei**,  
quā

quà è justificans, objectum constitutus oportet Euangelicum: quod est promissio Gratiae Dei nobis in Christo Mediatore exhibita. Idq; confirmatur I. *Scriptura testimonijs*, quæ Fidem in actu Justificationis nunquam ad aliud objectum, quam ad solam promissionem Euangelij de Gratiâ Dei & Christi merito apprehendendo restringunt: Quæ testimonia suprà, ad quæst. 1. circa hanc doctrinam de Fide, numero plura allegavimus. II. *Correlatio* Fidei, quod est Dei promissio. Rom. 4. 20. Omnes verò promissiones Dei habentur ratæ & confirmantur non nisi in Christo, non incognito, non spreto, sed fide apprehenso.

2. *Cot.* 1.

Papistæ etenim fidem justificare dicitant, quatenus credit omni Deiverbo; adeoq; Fidei justificantis objectum propium agnoscunt, quicquid in verbo Dei est revelatum.

34. IV. Ex quo facile intelligitur, *Quomodo Fides justificet?* Correlative est intelligendum, quando Fides dicitur justificare seu imputari ad justitiam, quod non propter nostra opera & merita, sed propter solum Christum, quem Fides tamquam organon apprehendit, accipiamus remissionem peccatorum, justitiam, & vitam æternam. Ac proinde justificatio tribuitur fidei, non ut inhærenti qualitati seu virtuti & opere, sed ut organo Christum apprehendenti; & sic non formaliter, sed instrumentaliter justificat. Neq; dum ipsa apprehensio isthac, quâ cœgavimus Fides meritum Christi sibi applicat & apprehendit, habet duarum ac facultatem justificandi, sed solum cœgavimus, dum Fide mediante beneficia Christi fiunt nostra. Sic enim Apostolus Rom. 4. v. 4. *Ei, qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impios, imputatur fides sua ad justitiam.* Ubi duo in primis noteantur; I. Fidem & Opus, quoad Justificationis actum, esse contraria opposita. II. Iustitiam nobis non inhærente, sed imputari. Ex quibus conficitur, istam Fidei apprehensivam facultatem nobis non per qualitatem infusam subiectivè inesse.

Lombard. lib. 2. distinct. 27. Per Fidem, inquit, tanquam per opus, justificamur.

35. V. *Virum Fides possit esse absq; charitate ceterisq; virtutibus Christianis?* seu Num quis vere de Fide suâ gloriari queat, qui nihil minus in peccatis contra conscientiam virit? Duabus distinctionibus res omnis est expedi-

**expedita.** I. **Fides & charitas**, (sub cuius appellatione cæteras  
virtutes complectimur) si utriusq; nō ēm̄ consideremus, sunt  
disparata. Non n. **Justitia fidei** dat esse dilectioni, nec contrā.  
Sin praxin Christianam tespiciamus, nexus indissolubili inter  
se cohærent & sese concomitantur, cœu causa & effectus. II.  
**Fides & Bona opera** sunt distincta t̄y ðivois, non divulsa t̄y  
t̄oemulso. Nec enim vera Fides potest consistere cum pro-  
xesi peccandi. Ratio est; quia ut Fides sine operibus est pla-  
nè mortua Iacob. 2. ita per charitatem semper est efficax. Gal. 5.  
Et tam bene inter Fidem ac proxesin peccandi convenit, ut  
.inter Lucem & tenebras, Christum & Belial, Fidem & Infide-  
litatem; quæ magis à se invicem dissident, quam Cœlum &  
Terra.

Non igitur moramur cavillationes hominum securorum & qui sunt sine  
Deo, qui, dum audiunt nos solâ fide absq; operibus justificari, opinan-  
tur veram fidem esse, quæ bonis operibus destitutatur. Et quam longè  
ab atheismo absint Romanenses, ipsimet viderint; siquidem singunt, Fi-  
dem Christi etiam in impijs & hæreticis, & quæ ac in pjs, existere, nec pec-  
catis mortalibus posse amitti. Concil. Trid. Sess. 6. c. 9. 15. Bellarm.  
in prefat. controv. general. i. Goloniens. Cens. p. 92. & iii.

36. VI. An Fides sit ex se informis & inefficax in actu Iustificationis, nisi prius  
per Charitatem formeatur? seu. Num bona opera esse possint, nisi prius pra-  
cedat Fides, quā potius illa informantur? Nobis somnium narrari vi-  
detur, quoties de Fide informi & quæ non possit nisi charitate  
informari, audimus. I. quia Scriptura prorsus distinctionem  
Fidei Iustificantis in informem & formatam ignorat; sed una  
est Fides omnium qui salvantur, Eph. 4. 5. cujusq; forma & vita  
est Christus, quem in verbo Euangelij apprehendit. II. quia  
Fides & charitas sunt dissentanea; hæc n. intuetur opera ac  
præcepta Legis; illa vero unicè acquiescit in promissionibus  
gratiarum, quæ sunt Euangeli propriæ. Dissentaneum a. non est  
forma alterius dissentanei. III. quia Charitas est opus. Fides a.  
ad iustitiam imputatur ei, qui non operatur. Rom. 4. I V. quia  
Forma & Effectus rei differunt. Charitas potius est effectus,  
quam forma Fidei; quippe quæ per dilectionem operatur.  
Gal. 5. Huc referuntur testimonia venerandæ Antiquitatis.  
Gregor. Magn. lib. 2. in Ezech. homil. 19. Non virtutibus venitur  
ad Fidem, sed per Fidem perirent ad virtutes. Centurio non operibus ve-  
nit ad

nit ad Fidem, sed Fide venit ad opera. Augustin. de Fide & operibus c. 14. In homine nisi præcedat Fides, rūa bona sequi non potest. Et ibid. Sequuntur justificatum, non præcedunt justificandum. Lutherus in c. 15. Genes. p. 192. Tom. 6. Wit. Fides ceu mater est, ex quā siboles illa virtutum nascitur. hac nisi prima adsit, frustrā quæres illas; hac nisi amplexa fuerit promissio[n]es de Christo, non charitas, non alia virtutes aderunt, etis earum quasi simulacra hypocrita pingant ad tempus.

Communis est Pontificiorum ista, quam diximus, Fidei distinctio, quam sibi habeant; imò non vereatur scribere, Fidem mortuam & justificantem esse genere & definitione eandem. Cateches. Rom, fol. 10. & vim justicandi accipere ac mutuari Fidem à nostra charitate. Colon. pag. 114. imò tām necessarias esse operations, ut fidei suam vitam largiantur. Coloniensis. ib. pag. 118.

37. VII. Num Sola Fides, an verē simul cum alijs virtutibus Theologicis conjuncta justificet? Ut distincte de distinctis questionibus loquamur, principio utrumq; in præcedentibus ex Scripturæ fundamentis affirmavimus. 1. Nos Fide verē justificari. 2. Fidem non esse absq; proposito piè & justè vivendi. Deinde etiam atq; etiam negamus, Fidem unā cum adjunctis cæteris virtutibus, spe, charitate &c. justificare, seu ad consequendam justificationem cooperari; Sed nos Sola Fide in Christum absq; operibus sive antecedentibus, sive concomitantibus, sive consequentibus justificari credimus & confitemur. moti I. autoritate Apostoli, qui particulas *Alexander*, Sine operibus, Non ex operibus, Sine Lege, Gratis, Non nisi ex Gratia, &c. in hoc articulo maximè vrget & inculcat. Rom. 3. 28. Gal. 2. 16 Eph. 2. v. 8 9. ut ita omnia nostra opera & merita ab actu Justificationis quam longissimè relegate. II. Testimonio Orthodoxorū Patrū. August. lib. de Fide & Oper. c. 14. Cum dicit Apostolus, ( Arbitrari se, hominem justificari per fidem sine operibus legis) non hoc agit, ut perceptā fide, opera justitia contemnatur: sed ut quisq; sciat, se per fidem posse justificari, etiam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim justificatum, non præcedunt justificandum. Et non minus piè quam eruditè B. Luthe[rus] Tom. 6. Witreb. in Gen. cap. 15. pag. 192. Scio. inquit, Virtutes Christianorum esse insignia Dei dona; divinius mandata & per Spiritum Sanctum in nostris cordibus excitari & ali. Scio fidem sine his donis non exstere; sed nunc nobis quæstio est, Quid cujusq; proprium sit. Tenet manyaria semina; non autem quero ego, que cum quibus conjuncta sint, sed quæ cujusq; propria virtus. Hic aperte duc, quid faciat sola fides, non cum quibus

VITÆ

**Virtutibus conjuncta sit.** Sola autem fides apprehendit promissionem, ceterum promittentis Deo, Deo porrigenti aliquid admovet manum, & id accipit. Hoc proprium solius fidet opus est. Charitas, spes, patientia habent alias materias, circa quas versantur, habent alios limites, intra quos consistunt. Non enim amplectuntur promissionem, sed mandata exequuntur, &c.

Pontifici errant, dum Fidem justificare tantum initialiter vel partialiter; Charitatem autem & novitatem nostram, completivè dicunt.

- 38. VIII.** Ex praecedenti controversiâ resultat decisio alterius, *Vtrum proposilio iſthac* ( Solâ fide justificamur ) quâ Lutherus in German. translatione Bibliorum Rom. 3. 28. & 4. 6. est usus, si fidei analogia & consequenter *An necessariâ retinenda?* Fides Christiana non sita est in vocabulis, sed in rebus; non in verborum folijs, sed in radice rationis, ut Hieronymus olim dixit. Itaq; fatetur Basilius lib. de verâ & piâ fide se adversus hæreticos quædam vocabula etiam non scripta usurpare, sed tamen quæ à sensu sanctis literis consentaneo neutiquam abhorrent. Similiter & nos in præsenti controversiâ fatemur, phrasin istam seu *τὸν ψεύτικα* (*Sola fide justificamur*) non extare in Apostolicis scriptis: doctrinam tamen, quæ illis literis significatur, esse depromptam ex Scripturâ, alijsq; Scripturæ testimonijs confirmari. Nontamen ideo utimur hac phrasi ἀγέρω, ac si stylum Spiritus S. reformare velimus, aut nobis persuadeamus, quod nos longè commodiùs de rebus divinis loqui & pronunciare possimus, quam loquitur Dei verbum. Sed quædam modum Orthodoxa Antiquitas certas quasdam voces & phrases in ceteris fidei articulis recte explicandis adversus hæreticorum insidias & corruptelas ad ædificationem Ecclesiæ liberè & commodè adhibet: ita nec Luthero nostro nec ejus fidelibus *προσετάχει* potest vitio dari, qui gravi judicio & consilio, eadem libertate, in præsenti articulo in Ecclesiæ usum fuerunt usi, quum docerent, *SOLA Fide nos justificari*. Rationes, quib; maiores nostri ad phrasin hanc usurpandâ & retinendâ fuisse permoti, sunt prægnantes & non contemnenda; I. *Exemplum Scriptura*, quæ interdum, ubi de apprehensione beneficiorum Christi agitur, exclusivam addit vocabulo Fidei. Marc. 5. v. 36 Luc. 8. v. 50. II. *Aequipollentia*. Nam (*ἴση μή, Νήσι*) æquipolleat exclusivis *Sola* & *Tanum*, ut ex collatione dictorum. Marc. 13. 12. & Matt. 24. 36.

**e**onstat. Idem patet ex dicto Apoc. 20. ubi dicitur, quod triumphantem Ecclesiam non debeant intrare, *Nisi qui sunt scripti in libro vita Agni, h. e. SOLI inscripti.* Atqui Apostolus in praesenti articulo diserte scribit, nos non justificari, *éav m̄n.* Nos non nisi per fidem justificari. Gal. 2. 16. Sed sunt & aliae & quipollentes particulae exclusivae passim in sacris literis obviae, *Sine lego, Gal. 3. 21. Gratias, Rom. 3. 24. Sine operibus legi, Rom. 4. 6. 2. Tim. 1. 9. Ph. 3. 9. &c.*

**III.** *Idiotismus* linguae nostrae vernacula, cuius proprietas est, ut quando aliquid de duobus, vel de rebus pluribus enuntiatur, ita ut de una tantum affirmetur, negetur de alijs, id non possit pleniū & pleniū reddi sermone Germanico, quam per partidas exclusivas, Solum & Tantum; quemadmodum præclare monet Lutherus Tom. 4. Witeb. Germ. fol. 140. E. G. *Jer. 9. 23. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, non fortis in fortitudine sua, non dives in divitiis suis, sed qui gloriatur in Domino gloriatur.* Hæc *gr̄m̄n à nobis Germanis significantissime redditur: Solum in Deo gloriandum est.* Et hanc sententiam, Ioh 1. 13. *Fili⁹ Dei sunt, qui non ex sanguinibus, &c. sed qui ex Deo nati sunt, recte & significanter exprimas: Illi soli filii Dei, qui ex Deo nati sunt.* Sic i. Pet. 1. v. 18. 18. Redempti sumus non auro, non argento, sed sanguine Christi, h. e. solo sanguine Christi.

**IV.** *Consuetudo Scriptura*, quæ nonnunquam quod uno loco per simplicem *θεον τῷ ἀρχῶν* asseruit, id alibi per exclusivas particulae appositionem enunciat. Confer Deut. 6. 14. & Matt. 4. 10. Item Deut. 4. 35. & Deut. 32. 39. Itemq; Marc. 13. 32. & Matth. 24. 36.

**V.** *Liberias Latini Interpretis*, qui in vulgata Bibliorum versione non veritus fuit exclusivas interdum textui recte inferere, etiamsi eas in fontibus non repererit. Deut. 32. 39. 2. Par. 20. 12.

**VI.** *Autoritas* venerandæ Antiquitatis, apud quam exclusiva (*Sola Fide*) in praesenti articulo frequenter & reverenter auditur ac legitur. Ex Græcis est Nazianzen. *τοῖς τοῖς θεοῖς π. 155. Justitia est τὸ μέσον τοῦ νόμου, Credere tantum.* Iustinus Martyr in Epist. ad Diognetum pag. 385. *Deus se ostendit Αληθινῶς, ἡ μόνη FIDEM, quā SOLA Deum videre conceditur.* Basilius in Orat. de Humi-

Humilit. p. 217. miseri p̄dny; Fide SOLA in Christum justificari, est vera gloria in Deo. Chrysostomus Tom. I. in I. ad Cor. I. hom. 4. P. 354. Nunc non est amplius opus rationibus, sed SOLA fide. Ex Latinis est Augustinus de vera & falsa p̄enitent c. 8. t. 4. per Fidem SOLAM remittuntur peccata. Et in explic. dicti, Credidit Abraham Deo, &c. Quia quid illi legali observatione potest conferri, totum SOLA Fides donavit. Ambros. in I. Cor. I. Qui credit in Christum, saluus est sine opere, SOLA Fide, gratis accipiens remissionem peccatorum. Hieron. in c. 4. ad Rom. Impium per Solam Fidem justificat Deus, non per opero bona, qua non habuit. Deus proposuit gratis, per SOLAM fidem peccatum dimittere. Confer Chemn. Loc. com. part. 2. de Justifie.

Bellarminus hanc propositionem (Sola Fides justificat) repudiat lib. I. de Iustific. cap. 14. Et tempore Interreligionis Theologorum quidam in gratiam Pontificiorum non esse de exclusivâ particula, SOLA, pugnandum; sed potius esse dicendum, nos præcipue fide salvati scripserunt, ut patet ex Actis Synodicis fol. 109. & 110. edit Germ.

39. IX. Deniq; ex ijs, quæ hactenus in explicatione Controversiarum de Fide Justificante fuerūt dicta, liquidd patet, *Quis sanu & genuinus particularum exclusivarum, Gratia, Sine operibus, & in primis vocali, SOLA, sensus sit & usus in articulo de Justificatione?* seu, *Quid nam ista particula excludant? Sigillatim quod ad vocalam, SOLA, in propositione (Sola Fides justificat) attinet, illa non subjectum, quasi fides sit sola, restringit, sed prædicatū, quod justificet sola, determinat, q.d. Fides est unicum illud organon apprehendendæ justitiae. Sunt enim tres præcipua cause Justificationis, Gratia Dei, Meritum Christi, & Fides in Christum: quæ causæ ut inter se sunt distinctæ, ita singulis istis particula, SOLA, reætè apponitur; nec tamen altera alteri exclusivè opponitur, sed causarum ordines inter se legitimè distinguuntur. Si igitur est questio de Justificationis causâ *meritorum*, Sola Dei Gratia justificat; Si de Meritoria, Sola Christi obedientia justificat; Si de organicâ, Sola Fides justificat. Generatim vero loquendo de exclusivis particulis, nō illæ ex Justificationis circulo relegant Gratiam seu Misericordiam Dei; non excludunt Meritum Christi; non improbat propositum piè & justè vivendi, ne scilicet bona opera vel fidei adsint, vel fidem sequantur. Sed in solidum derogant & admunt cæteris nostris virtutibus seu o-*

peribus meritum ac causam remissionis peccatorum, ne euna  
Fide commisceantur tanquam sive concause, sive cause vel  
promerentes, vel adjuvantes, vel concomitantes, vel etiam ut  
~~nuocavimus diligenter~~, ut ira totum negotium Iustificationis & soli  
Misericordiae Dei & soli merito Christi, quod utrumque sola fi-  
des apprehendit unicè acceptum feratur; quod conscientia  
anxia & perturbata nitatur immoto fundamento sine omni hæ-  
sitatione ac dissidentia. Rom. 4. 16. Gal. 2. 21.

De proprio igitur loquuntur Romanenses; quam nobis per insignem ca-  
lumniam non erubescunt affricare eiusmodi sententiam de Exclusivis  
particulis, quæ à nostrarum Ecclesiarum confessione dicitur, &  
dissont, & nunquam nobis in mente venit, & contra quam solemniter  
in omnibus nostris libris ac commentariis protestamus,

MATE.  
RIA.

40. Materia circa quam seu Objectum Iustificationis sunt omnes CREDEN-  
TES in Christum. Ro. 3. 22. & 4. 5. Gal. 3. 8. Huc pertinent  
alia Scripturæ testimonia quæ suprà magno numero pto causâ  
Instrumentali Iustificationis asserenda adduximus.

41. Sunt a. hujus loci Controversiæ classicæ; I. *Virum Iustificatio homi-  
nis peccatoris coram Deo sit universalis?* Negatur. I. quia Apostolus  
non nisi fidei Iustificationem agnoscit, ut antea fuit demonstratum.  
Fides a. non est omnium. I. Thess. 3. II. *Qui Iustificatus  
est, super eum non manet ira Dei, nec condemnatur.* At super  
incredulos manet ira Dei. Ioh. 3. Et qui nos crediderit, con-  
demnabitur. Marc. 16. Ergo, &c. III. Si omnes promiscue ho-  
mines absq; respectu fidei coram Deo Iustificantur, tunc istam  
Iustificationem aut retinent aut amittunt. Si retinent, utiq;  
Christiani fideles juxta & Ethnici infideles salvabuntur; Si a-  
mittunt, medium præter solam ~~amissiu~~ dari & effungi vix poter-  
tit, per quod amittant. IV. Aut ab æterno, aut in tempore omnes  
homines indiscriminatim Iustificantur. Non ab æterno; sic n.  
omnes homines nascerentur in hunc mundum filii non iræ.  
Non in tempore; quis n. Christianorum nescit, quam multi in  
Ecclesia & extra Ecclesiam reperiantur, ab irâ Dei non libera-  
ti, nec à peccatis suis Iustificati.

D. Huberus, annis superioribus, publicis scriptis professus est, omnibus ho-  
minibus ex æquo etiam Turcis remissa esse peccata, omnesq; homines  
& infideles remissionem peccatorum accepisse. Thes. Tub. 59, 60. 270.  
posterior part. Act. Tub. 117.

42. II. An.



42. II. An una eadem semper fuerit ratio justificationis? seu An omnes homines omnium temporum uno & eodem modo fuerint fide in Christum justificati? Affirmatur I. quia Apostoli axioma est catholicum: *Justitia Dei per fidem Christi in omnes & super omnes, qui credunt.* Non enim est distinctione. Rom. 3. 22 II. quia ad Abrahaci exemplum justificantur omnes. Ratio est; quoniam Abraham commendatur Pater omnium creditum. Ro. 4. At ille non nisi fide in Christum fuit justificatus. Ergo. III. quia Apostoli in Concilio Hierosolymitano idem decreverunt, & Canonem constituerunt: *Credimus per gratiam Christi salvari, sicut & patres nostri.* Act. 15. quo testati sunt, unicam & perpetuam rationem omnium seculorum consequendæ salutis æternæ esse & fuisse. IV. Accedunt Patres, quorum consensum exprimit Hieronymus in Epistola ad Gal. *Omnes, inquit, veteres patres justificati sumi eadem fide in Christum quā nos hodie justificamur.* Et ita Irenaeus lib. 4. c. 13. & Justinus in expositione fidei, & Orig. in 3. ad Rom.

Errant Scholastici, cum triplicem justificationis modum communiscentur, utpote quod priores Patres ante Mosen lege naturæ, Iudeos lege Mosis, Christianos lege Christi justos opinantur. Et Andradius lib. 6. Variè, inquit, homines à Deo justificari, valde est compertum.

43. III. Non longè à praecedenti questione abest, quod in Scholis Theologicis controvertitur, Num justus possit majore justitia & sanctitate augeri? seu An justificatio habeat sua incrementa, & recipiat magis & minus, ita ut gemina continuus possit Justificatio. Prima scilicet Secunda & Negatur posse augere justitiam suam, qua coram Deo justificatus est, ut per eam justificetur amplius coram ipso. Nam I. sola Christi justitia justificans est, Rom. 3. quæ infinita, & proinde augeri non potest. II. Christus, sive firmam sive infirmam fide apprehensus, est unus & idem Salvator ac redemptor omnium, & nobis omnibus ex æquo est à Deo factus justitia, I. Cor. 1. imò est *avondixayoum*, ut Athanas. dial. 5 de Trinit. ait.

Dissentient à nobis Pontificij, dum non omnibus a qualibet gratiam justificationis conferri, sed a lis majori, aliis minori dari juxta diversam justificantorum dispositionem tradunt. Bellarm. Tom. 1. lib. 1. de verbo Dei c. 18. & Tom. 3. lib. 2. de Justificat. Hieronymus Torrens. Jesuita cap. 4. lib. 2.

44. Materialis etiam suo modo à Theologis appellatur, quam nostri respectu alii Meritoriam redissimè vocant, JUSTITIA FIDEI

DEI

**DEI**, seu, quod idem est, **Justitia Christi**, quæ consistit in **Obedientia ipsius & activa**, qua ipse legem Dei pro nobis implevit, Matt. 5. Gal. 4. & passim, quâ Patri suo factus est obediens usq; ad mortem crucis. Phil. 2. v. 8. Quam justitiam Salvator confert vesti nupciali, Matt. 21. II. & stolæ præcipuæ filij prodigi, & jam reversi Luc. 15. 22.

45. Variæ a. sunt apud Theologos **DIVISIONES ac SIGNIFICATIONES** vocabuli **JUSTITIAE**.

I. Alia est **causa**, Gen. 30. v. 33. Ps. 7. v. 9. alia **persona**. De justitia personæ hic agitur, Nihil a. in nobis dignum est veniâ. Ps. 143. 22. Idcirco alienâ justitiâ, quæ est Christi **deaverans**. I. Cor. 1. v. 30. à peccatis absolvimur & justi reputamur.

46. II. Alia est **Imputata**, quâ coram Deo tantum justi sumus: alia **Inchoata**, seu novæ obedientiæ, quam renati in hac vitâ imperfæcè præstant: alia **Consummata**, quâ ab omni iniquitati plenè in alterâ vitâ liberabimur. De priori hic nobis est sermo.

47. III. Alia est **Legalis**, perfecta scilicet, & integra obedientia erga universam Dei legem, Ro. 5. quam hominum nemo in hac vita præstare potest. Ro. 8. alia **Evangelica**, quæ credenti in Christum imputatur, Rom. 3. unde & **Justitia Imputativa** & **Iustitia Fidei** appellatur.

48. De hac posteriori, quæ Euangeliæ est propria, in præsentia disputari solet. I. Cur illam Auctoriæ passim **DEI JUSTITIAM**. Ro. 1. 17. & 3. v. 5. 21. 22. & 10. 3. 2. Cor. 5. 21. appelleat? Triplex est modus justitiae Dei. I. quâ Deus essentialiter in seipso est justus, immo ipsamet justitia: Cujus nō minus, quâ ipsius essentia divinæ participes fieri possumus. II. quâ Deus & santes punit & insontes tuetur, juxta illud Psal. 115. Iustus est Domine, & justa judicia tua. III. quâ Dei credentes pro justis propter Christum reputat; quæ justitia est misericordia Dei non opposita, sed proximè ad eam accedit: siquidem admirandum temperamentum justitiae & misericordiæ Dei in nostrâ redēctione elucet. Vnde non raro hæc Justitia Dei insignitur nomine Misericordia. Confer v. 156. & 159 Ps. 119. Ratione hujus appellationis reddit Ambrosius, cùm inquit, **Misericordia illa de promissione originem habet**, & cù promissum redditur, **Justitia Dei appellatur**. De quâ justitia hoc loco agitur, appellaturq; **DEI JUSTITIA**, non tantum ratione Efficientis,

entis, quod Deus unus ac solus justificet; nec solum ratione Christi ~~θεαθρώπις~~, cuius haec justitia est propria. Es. 46. 13. & Jn. 5. Ier. 31. 23. Sic enim de hac justitiâ Augustinus ad Bonifac. Non propterea justitia Dei dicitur, quoniam Deus justus est, sed quia homini ex Deo est. Et Primasius in cap. 10. ad Rom. Justitia Dei dicitur, non quâ justus est Deus, sed quâ dat homini Deus, ut justus sit homo per Deum. Sed maximè sic eam nominari etiam posse arbitramur ab effectu scilicet, quod Deo promovetur & placeat, & quod ea sola coram Dei tribunali & judicio consistamus, seu quod illa coram Deo valeat, ut Lutherus quoque in Germ. Biblijs istam phrasin semper interpretatur. Atq; hanc interpretationem probamus I. à consimili modo loquendi de operum justitiâ, quae itidem nominatur Dei justitia, quippe quod Deo placeat, Iac. 1. v. 20. II. ab explicatione Apostoli, qui inter justitiam operū & gratiæ discernens, illam inquit valere apud Homines, hâc apud Deum, Ro. 4. 2. III. ab alijs Script. phrasibus; utpote e. g. quod Christus prohibetur esse Agnus Dei, id est, Sacrificium apud Deum vel coram Deo valens, Io. 1. Quemadmodum igitur etiam Fides Christi dicitur, non quâ Christus credit, sed quâ in Christum creditur: Sic Dei justitia dicitur, vel quia à Deo proficiuntur, vel quia coram Deo consistit.

Osiander priorem justitiae modum, quo Deus in se est justus; Pontificii alterum modum justitiae urgeat, tanquam causam nostræ justificationis.

49. II. In Controversiam venit Secundum quam naturam Christus sit nostra justitia? Duplicem agnoscamus Christi respectum, secundum quem aliás ut unum cum Patre consideratur, aliás officij respectu, ut Persona missa. Posteriori hoc respectu Christus est noster Mediator ac Salvator secundum utramq; naturam. Nam Iehova est nostra justitia ab æterno, Ier. 23. 6. & secundum humanitatem factus à Patre nobis est justitia nostra. 1 Cor. 1. 30. seu ut eleganter Athanas. Dialogo 5. De Trinit. id ipsum explicat: *Deus λόγος qui ipsam est justitiam, acceptā servi formā, factus est nobis justitia, sanctificatio & redemptio, Is, inquit, qui justitia est, factus est, si humana nam naturam respicias, justitia, ut nos, qui justitia non eramus, suâ gratiâ justificaret. Estq; idem Deus & homo, ita, ut quatenus quidem est Deus, si justitia, quatenus vero est homo, sit factus justitia.* Sed de humana Christi

D

natura,

natura, quod secundum illam Christus sit justitia nostra, minus est dubium; siquidem Apostolus 1. Tim. 2. 5. diserte pronunciat: Unus est mediator, Dei & hominum, Homo Iesus Christus. Verum enim verò si Christus esset tantum secundum humanam naturam mediator noster; consequeretur justitiam & obedienciam Christi nobis sive imputatam non sive infiniti meriti & valoris. Nulla n. creatura sola potest ferre infinitam iram Dei. Infinitum a. bonum erat offenditum: Infinita calamitas nos omnes manebat: Infiniti valoris λύτρων eramus redimendi. Tale a. nō potuit φυλάσσειν αἰθέρων operā præstari. Id circò Sacra Scriptura testatur, Filium Dei datum, Es. 9. Dei sanguinem pro Ecclesiā redimendā effusum, Act. 20. Filium Dei pro nobis in mortem esse datum, Röm. 8. Dominum gloriæ esse crucifixum, 1. Cor. 2. Quare Mediator neq; tantum erit Homo; neq; tantum erit Deus, sed Deus & Homo, & ut Augustinus loquitur, *Divinitas sine humanitate non est Mediatrix, humanitas sine divinitate non est Media-tria, sed inter divinitatem solam & humanitatem planè mediatrix est huma-na divinitas, & divina humanitas.*

Lombardus lib. 3. Senteat. dist. 19. lit. G. eumq; secuti Scholastici & Iesu-  
tex ex professo negarunt, Christum esse mediatorem secundum divinam  
naturam. Quem errorem superiori seculo ab orco quasi in Ecclesiam  
Christi reduxit publicis scriptis Franciscus Stancaius, cui tamen sele  
muscule opposuerunt cum cæteri Protestantes, tūm potissimum Dn.  
Philippus Melanchthon.

30. III. Acris fuit inter Theologos Aug. Confess. concertatio, Num  
peccator essentiali Dei Justitiâ in judicio divino justificetur? seu, Virum fi-  
des nostra in negotio Justificationis respiciat in divinam Christi naturam,  
quatenus videlicet illa in nobis habitat & efficax est, ut per eam inhabitatio-  
nem peccata nostra regantur? Non equidem inficiamur, Deum non  
tantum donis, sed etiam essentiâ suâ in credentibus habitare  
juxta promissum Christi. Ioh. 14. 23. Non tamen credimus, nec  
docemus, nos essentiali Dei justitiâ justificari ac salvari. I. quia  
Justitia Dei essentialis est ignis consumens, & vox Legis, non  
remittentis, sed accusantis & damnantis peccata; quam justi-  
tiam omnes Sancti deprecantur. Ps. 130. 3. & 143. 2. nisi quis  
forsitan per impiam absurditatem duas crederet essentiales Dei  
justicias; unam, quæ perfectam obedientiam Legis flagitat, &  
inobedientes damnat; alteram, quæ peccata condonat & nos  
justificat.

**Justificat.** II. quia justitia Dei essentialis est non Christi tantum, sed totius indivisa S. S. Trinitatis propria & communis. At Christus solus & unus peculiariter est nostra justitia. Ergo non essentialiter: alias n. Pater & S. S. & quae essent nostri Mediatores, quam Filius. III. quia si essentiali Christi justitiam essemus justi, non necesse fuisset, Filium Dei nasci, pari, ac mori: siquidem & jam ante suam incarnationem & passionem habuit ab aeterno istam essentiali justitiam, ut non illam acquirere potuerit. IV. quia Christus, quatenus in nobis cum Patre & Spir. S. habitat, est effectus justificationis ac reconciliationis cum Deo. Ioh. 14. 23. Effectus a. rei non est res ipsa seu causa rei. V. quia essentia Filii Dei nobis & omnibus creaturis extra ipsum existentib. est incommunicabilis. Ergo neque essentialis justitia ejus nobis potest tribui ac communicari. Ratio consequentiae est: quod essentia & proprietates essentiae Dei sint unum quiddam simplicissimum & adiacenter. Accedit testimonium Augustini in 2. Cor. 5 ad ista verba: Eum qui non noverat, &c. Hac inquit, est illa justitia Dei, non quod ipse justus est, sed quod nos ab eo justificati, quoniam nos ex ejus gratia justi sumus; ut ipsa justitia ejus nos sumus, cum justi vivimus, credentes in eum, qui justificat impium; non illa, quod ipse justus est aeternam & incommunicabilem justitiam.

Facessat igitur commentum Andreæ Osiandri de Iustitia Dei essentialia. Consule Wigand. de Osiandrismo.

**¶ 2.** IV. Postquam inter Christianos constat, Christum esse nostram justitiam; dubia tamen manet quaestio. Quomodo Christus sit nostra justitia? Nos credimus ac confitemur, Christum tam agendo, quam patiendo nobis peccatoribus justitiam, quoniam coram Deo in ejus judicium provocati subsistere valemus, acquisivisse.

*De Passiva Christi obedientia*, quod illa ad nostri Iustificationem & aeternam salutem promerendam necessariò faciat, attestantur omnes propemodum libri Biblici Veteris ac Novi Testamenti. Luc. 24. v. 25. 27. Act. 10. 43. Classica v. sunt insequētia Scripturarum testimonia. Rom. 3. 25. & 5. v. 8. 9. Heb. 9. 14. 1. Ioh. 1. 7.

Scholastici negant Christum pro actualibus delictis satisfecisse, & nos a peccatorum peccata liberasse.

*De Activa Christi obedientia* loquuntur Scripturæ dicta manifesta. Matt. 5. 17. Rom. 5. 19. & 10. 4. Gal. 4. v. 4. 5. Ph. 2. 8. Ex quibus

Dicitur  
dictis.

dictis conficiuntur firma exempla pro nostrâ sententiâ stabili-  
endâ; cujusmodi sunt I. Quicquid Christus fecit, nostri causa-  
fecit. At Legem implevit Matt. 5. & factus est sub Lege Gal. 4.  
Ergo nostri causâ Legem implevit. II. Deus neminem justifi-  
cat, nisi justitiæ divinæ, quæ exigit perfectam Legis impleti-  
onam, satisfiat. At nos ipsimet Legem implere non possumus,  
Ro. 8. sed eam Christus implevit. Matth. 5. Si igitur Christi o-  
bedientia & Legis impletio nihil ad nos pertineret, sequere-  
tur nos absq; omni Legis impletione & obedientiâ justificari.  
III. Ut se habet primi Adami inobedientia quoad injus-  
titiam; ita etiam secundi Adami obediens se habet ad  
justitiam. Roman. 5. 19. At inobedientiâ primi Adami ad-  
versus Legem Dei constituimur injusti & peccatores. Rom. 5.  
19. Ergo, &c. In eandem sententiâ locuti fuerunt S. Patres, Bern-  
hardus de sepulchro ad milites cap. II. *Ad eum peccatum imputabitur  
mibi? Et Christi justitia non pertinebit ad me? illius ne inobedientia me  
perdidit, Et hujus obedientia non proderit mibi?* Athanasius Tom. 2. p.  
270. Christus implevit Legem pro genere humano, eaq; im-  
pletio torti massa nostra imputatur.

Johann. Piscator in Thesib. de Iustificat, pag. 258. & alibi negat, Activam  
Christi justitiam nobis ad justitiam imputari.

- §2. V. Ex dictis est judicare, *Vtrum res illa, que nobis ad justitiam imputa-  
tur, sit quiddam in nobis haren, an verò extra nos?* seu Iustitia & obedien-  
tia nôstrâ, propriâ & internâ, an verò alienâ & externâ justificemur?  
Christi justitiam, quâ solâ justificamur, piè dixeris & alienam  
& nostram. Alienam quidem; Neq; n. hæc fuit à nobis & no-  
stris meritis acquisita, sed subjective ac inhærenter est solius &  
totius Christi. Nostram v. seu propriam; quippe quæ nobis per  
fidem applicatur, imputatur, & quasi appropriatur. I. Christus  
totus est Noster tamen ratione personæ suæ, quâ est incarnata. Es.  
9. quâm ratione officij, quâ factus nobis est justitia. 2. Cor. 1. 30.  
II. Si omnia nobis in Christo Pater donavit, quid-ni etiam  
Christi justitiam Nobis donaret? Ro. 8. III. Quemadmodum  
Adami *aripula* omnibus posteris fit quasi propria & singulis ad  
injustitiam imputatur: ita Christi obedientia nobis creditib.  
fit quodammodo propria ad justitiam, utut neg; ad similitudi-  
nem prævaricationis Adami peccaverimus, neq; ad similitudi-  
nem obedientiæ Christi justitiam præstiterimus, Rom. 5. 19.

Quam-

Quamobrem diverso respectu & sano sensu nihil prohibet asserere, nos justitiā & alienā & nostrā, unā tamen numero eademq; justificari. Si quis a. *Nostram*, h. e. nobis inhārentem intelligat justitiam, nā is à yero longē abest, ut ex præcedentibus liquet: quibus ex abundantī unicūm istud adjicere libet, quodd Apostolus in quarto capite ad Rom. undecies vocem *Imputationis* ingeminet, cùm ne verbulo quidem meminerit justitiæ infusa seu inhārentis.

E contrario Romanenses Iustitiam, quā justificamur, intelligunt non aliunde imputatam, sed Christianorum animis inhārentem & in eis per Dei gratiam, constitutam. Conc. Trid. Sess. 6. c. 7. & 16. Bell. lib. 1. c. 2. de Iustific. Colon. in Censurā, Cui, inquiunt, docto persuadere peteris, justum quempiam externā justitiā posse appellari. An tu fortassis vidissi unquam quempiam externā vivere vitā, &c.

III. FOR.  
MA.

53. *Formalis causa Iustificationis* est justitiæ Christi IMPUTATIO; & nostræ injustitiæ NON-IMPUTATIO, h. e. PECCATORUM venia ac REMISSIONE. Rom. 3. v. 25. & 4. v. 5. 6. 7. 8.
54. *Imputare*, η λογίζεσθαι significat hoc loco in solutum accipere, sātā scilicet quodammodo vocis translatione ex istā civilis stipulationis solutione, quam JCti indigitant Acceptationem. Nec n. justitiam nostram Scriptura meritis nostris, sed solius Christi, per quem justitia nobis imputatur, meritō fert acceptam. Sanderus lib. 5. c. 1. contr. Lutheranos, Verbum η λογίζεσθαι perperam esse à nostris redditum queritur existimans, istud non, composito latitino Imputandi, sed aestimandi seu putandi potius esse vertendum.
55. Ceterum quamvis unus duntaxat sit actus diuinæ hujus Imputacionis in negotio justificationis: nō tamē simplex, sed gemin⁹ ejus à Theologis traditur esse modus & respectus. Unus σεγήνως, qui est Peccatorum, q̄ in nobis sunt, non-Imputatio, sed cōdonatio ac Remissio. Ro. 3. 25. Alter δέλης, Iustitia scil. & satisfactionis Christi, quam non nosmetipsi præstitimus, Imputatio. Ro. 4. 6. Prior condonat ea, quæ nobis inhārent; posterior donat id, quod nobis non inest. Apostolus enim disertè testatur impios ita justificari, ut Deus nobis, quæ nostra sunt ( scilicet peccata & iniquitates) non imputet; & quæ nostra non sunt, nec nobis inhārent, (puta Christi obedientiam & satisfactionem) ea imputet. Rom. 3. & 4. ut ita condonando partim, partim donando peccator justificetur, condonatis videlicet peccatis & donata jūstitia Christi.

56. Ex quibus conficitur, Iustificationem nostram constare duabus quasi partibus, 1. Iustitia aliena, Christi scilicet, donatione ac imputatione. 2. iniquitatis propria condonatione seu non-imputatione. Utramque partem magis magisque declaramus ac probamus I. ex Scriptura testimonij. De priore parte loquuntur Es. 45. 24. Ier. 23. 7. Rom. 5. 19. 1. Cor. 1. 30. 2. Cor. 5. 21. De posteriore, videlicet de peccatorum Remissione. Ps. 32. 1. Luc. 1. 77. Ro. 4. v. 7. 8. 2. Cor. 5. 19. II. ex utriusque; de qua jam ante differuimus, Obedientia Christi, Activa scilicet Passiva, conditione. Sicut noster Christus non tantum legem implendo, sed etiam passionum supplicia pro peccatis nostris sustinendo nobis perfectam justitiam acquisivit: sic justitia istius redimur participes, tum Sanctorum, quam Christus Legi praestitit, imputatione, tum peccatorum nostrorum, pro quibus patiendo quoque satisfecit, non-imputatione. III. ex qualitate nostra corruptionis. Nam & justitiā primā ac secundum Dei imaginē nobis concreata destitujur, & culpam peccatorum nostris transgressionibus contraximus. Priori malo, justitia Christi imputata; posteriori, Remissio peccatorū medetur. IV. ex ratione, quae Christus propter peccata nostra sustinuit, consideratione geminā. Quemadmodum noster Christus ira divina satisfecit, eodem quod ipsi non justitia & obedientia, quam offenso Patri suo praestitit, sed quoddam peccata nostra, quae ipse non admisit, fuerint imputata. 2. Cor. 5. 21. ita ex opposito per Christum justi constituimur; imputata scilicet nobis Christi justitia, & peccatis, quae nobis adhaerent, non-imputatis.

Huc doctriνe tanquam puriori admodum iniqui & molesti sunt Romanos, adeo ut cachinnis & cavillationibus, etiam sarcasticis excipiant justitiam, quam diximus, imputatam; quam esse ament. Illam insaniam dictitant.

57. Constat itaque; Vtrum inherens nostra Renovatio seu Charitas sit formalis nostra justitiae seu Auctoritates iustificentur & Imputatione justitia Christi simul & Renovatione seu inchoatione Nova obedientia: vel partim Imputatione, partim Renovatione? Nos justitiā Christi per fidem apprehensā & imputatā iustificari, jam ante demonstravimus. Sed & solā illā, præter alteram illam Novae obedientiae seu Renovationis, iustificari amplius demonstramus ex sequentibus argumentis. I. quia aliqua pars laudis ac gloriationis de justitiā redundaret ad renatos, si illorū quoque operib. iustificatio una perficeretur. Rom. 3.

Rom. 3. & 4. Eph. 2. II. quia diversus est imputationis modus,  
qui est secundum opus & qui est secundum fidem seu gratiam.  
Rom. 4 ut, ubi est imputatio fidei, ibi tollatur meritum operū.  
Iustificamur a. imputatione fidei. Ergo. III. quia Remissio pec-  
catorū & Satisfactio seu meritum operum sibi è diametro sunt  
opposita. Quomodo n. Deus diceretur remittere peccata, si  
pro istis adhuc à nobis satisfactionem exigeret. At Iustificatio  
est peccatorum remissio. Rom. 3. 25. & 4. 6. IV. Si non nisi *Vniuersitas*  
Christi obedientiā iustificamur & salvamur. Ro. 5. 19. non potest  
uni isti obedientiæ conjungi Nova Christianorum obædientia  
ad absolvendam eorum justificationem. V. quia opera Renato-  
rum cum nullo genere causarum justificationis subsistunt, sed  
à singulis excluduntur. Neq; n subsistere possunt in hoc nego-  
tio cum Gratia Dei Ro. 11. 6. Neq; cum fide. Ro. 3. 28. Eph. 2. v.  
8. 9. Neq; cum merito Christi, cui tantum derogatur, quantum  
operibus adscribitur.

Pontificii, ut geminam suam Iustificationem, Primam & Secundam, palli-  
ent, singunt hominem, postquam primâ justificatione fuerit iustificatus,  
amplius postmodum iustificari partim Imputatione, partim Renovatio-  
ne. Concil. Trid. Sess. 6. c. 7. Et Bell. lib. 1. c. 2. de Iustific. dupl. facit  
causam formalem, Intrinsicam, habitum gratiæ; & Extrinsicam seu  
Exemplarem, Christi iustitiam.

¶ Deniq; est in questione positum, Num hac, pro qua pugnamus, Im-  
putatio consistat in nudâ aliquâ planeq; vacuâ imaginatione & an. si Ense-  
quoddam verum & reale? Etsi isthac imputatio non est aliqua ha-  
bitualis infusio seu inheresio in nobis: non tamen ob id simulatè  
ac fictitiè, sed realissimè & solidissimè nos à Deo pronunciarî  
justos credimus ac confitemur. Quemadmodum n. Christus  
per veram & solidam peccatorum nostrorum, quæ in ipsum  
vnum Deus fecit conuenire. Ff. 52. imputationem factus est p  
nobis peccatum: ita nos simili imputatione, h. e. verè ac certo  
efficimur iustitia Dei, ut Apostolus loquitur. 2. Cor 5. 21. In quâ-  
tum igitur peccata nostra fuerunt Christo pro nobis patienti  
& morienti nō fictitiè, non imaginariè, sed verè imputata, quan-  
doquidem totius mundi peccata verissimè portavit: in tantum  
non existimandum est hanc imputationem, quâ credentib; ju-  
stitia Christi imputatur ad Iustificationem, esse imaginariam &  
umbratilem, sed veram ac realem. Ratio est. I. quia iste imputa-  
tionis

tionis modus suam originem & sedem homo in fundamento  
fundatissimo, quod est ipsamet mens ac voluntas Dei, qui no-  
bis peccatoribus ex merâ misericordiâ non peccata nostra, sed  
Christi justitiam imputare decrevit. II. quia imputatio ipsa non  
in nihilo recumbit, sed infinitam & sacrosanctam Christi ob-  
dientiam, quæ non est nihil, sed quâ non est in cælo & in terrâ  
bonum nobilius, respicit, quæ nobis per fidem applicatur. III.  
quia imputationis hujus effectus & solidus & firmus, dum per  
imputationem justitiae Christi mentes nostræ anxiæ in omnibus  
tentationib. & luctis consequuntur veram peccatorum remis-  
sionem & solidam lætitiam & efficacem consolationem.

Quid de imputatione Iustitiae statuant Pontificij, supra est expositum.

IV. FINIS.

59. Finalis Causa Iustificationis statuitur ex parte Dei justificantis, GLORIA ipsius, quippe nos justificando scipsum & justum & misericordem egregie in hoc Iustificationis actu declarat, Es. 47. 7. Eph. 1. 12. Ro. 3. v. 25. 26. Ex parte a. nostri, Pax conscientia, quâ nos ex fide justificat habemus ad Deum per Dom. nost. J. C. Ro. 5. 1. cui subordinatur Vita æterna ceu finis ultimus. Ro. 5. 9. 1. Tim. 1. 16.
60. Finali causæ non male adjiciunt alij Effectum Iustificationis nostræ, VITÆ scil. NOVITATEM, ut à peccatorum reatu liberati, Deo deinceps cum timore serviamus in sanctitate & Iustitiâ coram ipso omnibus diebus nostris. Luc. 1. v. 24. 75.
61. Potissimum a. circa ἔκθετη Causæ Finalis controvertitur. I. Num Iustificatio pariat tranquillitatem animorum in credentibus? seu, An certitudo gratia Dei, salutis, & vita æterna Iustificans constet firmissima? an v. ipsiss de peccatorum remissione & aeternâ salute sit dubitandum? Impium est & execrandum dubitationis dogma, cui opponimus, Iustificatos debere de Dei gratia & sua salute esse quam certissimos. Certitudo a. rei definitur esse quædam animi fortitudo, quam virtutes cognitivæ suis cognoscibilis, adhærentes, redduntur stabiles. Cum a. idipsū medio triplici fieri soleat, ob id triplices statuitur certitudo. Una est Evidentia; Altera Moralis seu naturalis; Tertia ac postrema est Fidei, quæ à cognitione prius, deinde assensu producitur, eaq; subdividitur in eam, quæ est ex autoritate vel humanâ; vel divinâ, ut sunt Fidei articuli: Atq; ad ultimam hanc divinæ Fidei certitudinem refertur præsens controversia de applicatione promissionum Euangelicarum, cùm afferimus credentes seu Iustificatos debere certò in hac vitâ statuere, se esse

esse in gratiâ Dei & hæredes æternæ salutis propter Christum  
fide apprehensum. Hujus certitudinis argumenta petuntur  
**I.** ex certissimis testimonij ac promissionibus Dei, quæ non minùs  
veræ sunt & firmæ, quām ipse Deus est veritas. Ro. 4. v. 16. Ubi  
re&t dominatur ista consequentia Iohannis: *Si testimonium h̄mī-  
num accipimus, testimonium Dei majus erit.* 1. Ioh. 5. **II.** ex juramentis, quæ  
Deus promissionibus crebrò annexuit. Ez. 33. 11. Ioh. 6. 4. 7. & 8. 51.  
non ut de Dei promissionib. dubitaremus, sed ut certò eis cre-  
deremus. Ebr. 6. v. 17. 18. **III.** ex proprietate fidei, cui tribuitur ἀπό-  
φοεία, πεποθησις, θωράκισις, παρέγγελσια, ἐλεγχός, &c. quæ voces osté-  
dunt, naturæ fidei è diametro repugnare dubitationem, cui qui  
indulget, non credit. At justificamur fide, nō dubitatione. **IV.** ex  
istis Scriptura locis, ubi Dubitatio disertè reprehenditur. Jac. 1. v. 6. 7.  
**V.** ex usu Sacramentorum, quæ non ad dubitationem, sed ad fidei  
confirmationem in piorum animis alendam suèrè instituta. Ro.  
4. 11. **VI.** ex testimonio & obsignatione Sp. S. Ro. 8. 16. 2. Cor. 1. 22. Eph.  
1. 13. & 4. 30. **VII.** ex Institutione Ministerij Ecclesiastici seu ex potesta-  
te clavium, cujus finis est peccata solvere vel ligare, remittere  
vel detinere. Matt. 16. & 18. Ioh. 20. Cùm igitur vigore clavium  
ex ore Ministri Christi auditur vox absolutionis: *Confide fili; Tibi  
remissa sunt peccata;* Matt. 9. quis non fidem huic voci adhiberet;  
nisi quis in Ministerium Christi injurius juxta ac blasphemus  
esset. **VIII. Exemplis Sanctorum**, ut Abrahæ Ro. 4. 21. & in primis A-  
postoli, qui de dilectione Dei se tam certum esse pronunciat.  
Ro. 8. v. 38. 39. ut de èâ tâm nihil dubiter, quām, utrum mundus  
etiamnùm duret & consistat, ambigat.

Pontificii dogma dubitationis pro articulo fidei ex professo blasphemè sta-  
tuunt. Concil. Trid. Sess. 6. c. 9. & 12. 13. 14. 15. 16. 17. Torrensis lib. 2. c. 4.

- 62. II.** Non tamen inter se convenient, sed infinito intervallo *distant*  
**Pontificiorum Dubitatio & Fidei infirmitas.** Nam Lilli majorem in mo-  
dum student Pontificij; huic Sancti assiduis precib. repugnant  
Luc. 17. 6. II. illa est ἀπασία, hæc πίστις. III. illa à Romanisibus  
commendatur, ut opus bonum, Deoq; placens; hæc à Sanctis  
improbatur, ut opus carnis. IV. illa propriam dispositionem ac  
perfectionem intuetur; hæc Christi meritū apprehendit, quam-  
vis languide. V. opera ex fide imbecilli profecta sunt bona;  
mala sunt, quæ ex dubitatione, Rom. 14. Jac. 1. 6.

E

63. Num

63. III. Num in Justificatione peccata prorsus ab homine auferantur, ut à perfectè habitualiter justus sit. Rem omnem ut compendio comprehendamus, duo isti classici obseruentur aphorismi: *Vnu* est Davidis: *Beati, quorum tecum sunt peccata.* Ps. 32. in quo emphasis vocabuli (*Tecum sunt*) probè notetur, quod scil. peccata eorum, qui sunt justi ac beati, perhibeantur tegi. Si teguntur, ergò non sunt ex beatorum seu justificatorum naturâ per contrariam qualitatem eradicata & extirpata, sed adhuc adsunt. Vestimento igitur seu integumento isto, quo peccata teguntur, detracto, in apertissimis Dei oculis apparent & videntur, quia sunt; injecto a tegumento manent quidem, quod sunt, videlicet *anomia*, sed non veniunt in conspectum Dei, nec imputantur credentibus in Christum. Alter est Apostoli, Rom. 8. 1. *Nihil est condemnationis in his, qui sunt in Christo Iesu.* Non inquit Apostolus, nullum superesse peccatum in Sanctis, cuius contrarium cap. præcedenti 7. ad Rom. evidenter demonstravit, reliquias peccatorum esse in Sanctis superstites; Sed nihil dicit esse condemnationis in justificatis. Peccata igitur quidem sunt in ipsis, quæ suâ naturâ sunt damnabilia, non autem ipsos condemnant, cum sine in Christo Iesu, qui peccata totius mundi in sese recepit & signo crucis affixit. Joh. 1. 29. Col. 2. 14.

Papistæ in Justificatione non tantum reatum, sed & morbum ipsum planè tolli singunt. Concil. Trident. Can. 31. Sess. 6. Torrensis lib. 2. c. 4.

64. Quæ omnia si in unam summam colligamus, quæ haec tenus fuere prolixius à nobis dicta, Definitionem nostræ Justificationis coram Deo conficimus, hoc pacto:

*JUSTIFICATIONE* actio Dei, Rom. 8. v. 33. quæ ex gratiâ Rom. 3. v. 24. homini peccatori Rom. 4. v. 5. non peccata, Rom. 4. v. 3. sed Christi Mediatoris justitiam Rom. 3. v. 24. fide apprehensam Rom. 3. v. 22. 29. imputat Rom. 4. v. 3. in suam ipsius gloriam Rom. 3. v. 25. 26. & hominum salutem Rom. 5.

v. 1. 17. 18.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn737659130/phys\\_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737659130/phys_0040)

DFG

Rom. 3. & 4. Eph. 2. II. quia diversus est  
qui est secundum opus & qui est secundum  
Rom. 4 ut ubi est imputatio fidei, ibi tol-  
Iustificamur a. imputatione fidei. Ergo. Il-  
catorū & Satisfactio seu meritum operum  
opposita. Quomodo n. Deus diceretur  
pro istis adhuc à nobis satisfactionem exi-  
est peccatorum remissio. Rom. 3. 25. & 4. 6.  
Christi obedientiā justificamur & salvamu-  
uni isti obedientiæ conjungi Nova Christi  
ad absolvendam eorum justificationem. V-  
rum cum nullo genere causarum justificat-  
à singulis excluduntur. Neq; n subsistere  
tio cum Gratia Dei Ro. 11. 6. Neq; cum fid-  
89. Neq; cum merito Christi, cui tantum  
operibus adscribitur.

Pontifici, ut geminans suam Iustificationem, Pri-  
ent, fingunt hominem; postquam primâ justificati-  
amplius postiudicium justificari partim Imputa-  
ne. Concil. Trid. Sess. 6. c. 7. Et Bell. lib. 1. c. 2.  
causam formalem, Intrinsecam, habitum gr.  
Exemplarem, Christi iustitiam.

¶ Deniq; est in quæstione positum, Num hæc, pri-  
putatio consistat in nudâ aliquid plane, vacua im-  
quoddam verum & reale? Etsi isthæc imputa-  
bitualis infusio seu inheresio in nobis: non  
ac fictitiæ, sed realissimè & solidissimè no-  
justos credimus ac confitemur. Quemadmodum  
per veram & solidam peccatorum nostro  
unum Deus fecit conuenire. Ff. 52. impu-  
nobis peccatum: ita nos simili imputatio  
efficiuntur iustitia Dei, ut Apostolus loquitur  
igitur peccata nostra fuerunt Christi  
& morienti non fictitiæ, non imaginariæ, sed  
doquidem torius mundi peccata verissima,  
non existimandum est hanc imputationem  
iustitia Christi imputatur ad Iustificationem  
umbratilem, sed veram ac realem. Ratio et



modus,  
ratiam.  
n operū.  
io pec-  
tro sunt  
cata, si  
ficatio  
isi Vnu  
n potest  
dieutia  
enato-  
nt, sed  
c nego-  
ph. 2. v.  
tantum

n, palli-  
ficiatus,  
ovatio-  
m facit  
tam fer-

nus, Im-  
si En-  
qua ha-  
mulate  
unciarī  
christus  
ipsum  
us est p  
ic certō  
In quā  
atienti  
i, quan-  
tantum  
tib ju-  
riam &  
imputa-  
tionis

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 2000